

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Christi Nomen foribus præfixum in terræ motum profuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

238. Cap. XVIII. Terra mala, & præcipue motus unde, & cur exi-
ros Constantinopolis, in mare tota decidit, vt nullum illi-
pareret vestigium. Maxima item pars turris plumbea, in Pe-
corruit. In Callipoli munitissima arx penitus rupta est; neq; illi
domus illic integra mansit, totamque Græciam, ad Danubium
vsque hic terra motus longè latèque peruagatus est. Feruntur
Constantinopoli tredecim millia hominum interisse. In tam
ira suæ misericordiae recordatus Deus ostendit, quid, & quos pa-
teret illa clades. Nam, vt, in mari rubro olim, Israëlitis inno-
transiuntibus, Ægyptij perierunt; ita & hinc inter sacra & po-
fana magnum discrimen est demonstratum. Mirissimum en-
fuit, quod cum corruerit sepulchrum Machometi patris Baizae,
maximis extructum impensis, multaque Turcorum sacræ (qui
sacras voco?) profana ædes, quas suâ lingua *Moschetas* vocan-
collaberentur; Christianorum tamen templa illæsa manserint
ingensq; illa Sophiæ ædes nihil malis sensit, præter turrim à Tu-
cis, post captam urbem, templo, in fine, ornatus gratia annexa
quæ tota præcipitata periret. Sed & illo terra motu calx &
mentum, quo beatorum imagines, post captiuitatem urbis, con-
pertæ fuerant, ita separatim ab imaginibus ceciderunt, qui
arte noua iam primum suo splendori essent redditæ. Hæc mi-
sunt, & tantò miriora, quia neque à Cuspiniano tacentur. Of-
fident autem, timendum quidem Omnipotentem mundi Re-
rem; sed non sine fiducia, ab ijs, qui ad eum, velut sacram an-
oram recurrent. In timore enim Domini fiducia fortitudinis, ait Sa-
lomon. Vos ergo, qui non timetis, Dominum offendere, timetis
Dominum punientem, & terras sursum atque deorsum venien-
tem. Efficax est, in metu, peccati frænum. Sed vos, quibus cuius-
formidabilius est, quam pœna, & qui timetis, more filiorum. Di-
minum, sperate in eum; quia oculi Domini ad timentes eum; & mi-
sericordia eius, à progenie in progenies timentibus eum. Cadent muni-
& vos stabitis. Corruent tecta, & vos non tangent. Inter Scyllam
& Charybdim, inter ipsas mundi ruinas, incolumes euadeus.

Prov. 14. 26.

Ecli. 2. 9.

Ib. 15.

Luc. 1. 50.

XI.

Euagr. lib. 4.

ne terra motu tertius fuit numeratus. Etenim, vt Euagrius, a

ca. 6. Niceph. Nicephorus, ac post eos Baronius, testantur, eadem rursus civitas

grimo-

gratiosibus motibus agitari, direque admodum concuti coepit, lib. 17. cap. 3.
Cum autem ea ces sit, inter maximè formidanda, si scilicet magis Baron. tom.
videtur metuenda, qui timorem non ex auditu, sed experientia
dauferunt. Tremente igitur denuo terra, Antiocheni præterito-
rum malorum recenti memoria penitus consternati, cum in hu-
manis nullum superesse subsidium, ad diuinam patrocinia confu-
gerunt: fata eiusdem esse, percutere & sanare. Est sepe necessitas
magistra pietatis. Ea itaque quid hominibus ipsa terræ magis
trepidantibus suaserit, Nicephorus his, in compendio, verbis re-
fert: *Vnusquisq; ciuium Christi nomen pra foribus inscribens, eo modo*
terra motum dispulit; cum Deus religioso cuidam homini oraculo hac
verbaforibus inscribere prœcepisset: CHRISTVS NOBISCVM, STATE.
Ita, cuius sanguine ac meritis totius mundi salus stetit, steterunt
& mænia, & ædificia pulcherrimæ ciuitatis; ac ipse hominum
Redemptor, qui, die tertia, ut Tertullianus ait, concussa repente
terra, & mole reuelata, que obstruxerat sepulchrum, & custodia pa-
uore dissesta, resurgens de morte triumphavit, clare ostendit,
dat am fibi omnem potestatem in celo & in terra. Quæ potestas ma- Tertullian.
gnam nobis fiduciam parit. Cum enim dixerit: *Ego vobis cum sum* Ibid. v. 20.
omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi, meritò & foribus,
& cordibus nostris inscribimus: CHRISTVS NOBISCVM, STATE.
Naues, in fluctibus, anchorâ fulciuntur, ac, ne à portu abripiantur,
ad rupe religata fernantur. Sic, quassata terra, spes nostra
Christus, & portus noster esse debet. Quæ pulchrior esse causa
grauiorque potest; quam ut terræ motibus moueamur ad Chri-
stum querendum, quem pericula à capitibus nostris depulsa cla-
mant, esse totius naturæ Dominum & Gubernatorem? Quo
protegente, multi sancti homines, cum mente essent in celo, non
fenserunt, quid fieret in terra. Adeò nonnunquam terra contreb-
micens, non ex ira magis Numinis contremiscit, quam in testi- Ferdinand.
monium sanctitatis. Maria Victoria Cœlestinarum virginum fun- Meltio. lib. 2.
datrix, adeò, inter diuinæ preces absorpta erat, ut legatur, in
choro, cum ceteris Deo dicatis Virginibus officio diuino præ-
sens nihil omnino sensisse aut animaduertisse, cum haud exiguo
terræ motu, reliquæ sociæ omnes, & ipsi adeò etiam muri cho-
rusque totus concuterentur. Quod ubi sociæ, finita re diuina in- cap. 10.
uicem

uicem ingenti trepidatione narrarent. Victoria mirata est, qui siuitque, quando, & quām diu id accidisset? Adeò nimirum me & conuersario illius in cælo fixa fuit, vt nesciret, quid in terra ageretur. Quām longē leuiore brachio alij diuina tractant, qui vel mus, vel musca potest ab oratione dimouere?

XII.
Philipp.
Alegambe
in Indiæ
Martyr. Soc.
Iesu num.
CCLVIII.

Sur. 5. Febr,

Addam adhuc recentius, quod ex vita P. Marcelli Francili Mastrilli Hispanicè & Gallicè edita compendio refert Philippus Alegambe. Is Mastrillus, non sine prodigio, à lethali vulnere, p. S. Franciscum Xauerium sanatus, ad Indiam atque martyrium inuitatus, ardentissimis votis eō contendit. Incredibilis illi diffidates in itinere Damon concinit; admirandis eum prodigijs seruū honestauitq. Deus. Clam tandem delatus in Iaponiam, fumi ab ipso quem excitārat, sublati indicio comprehensus, terra contremisca Nangasachi dirissimè prius cruciatus, gladio demum percussus est. Num diductis cruribus per contortum funem suspensus, capite in apertu demerso, retexente se fune violenter rotatus est. Deinde scalis supinatis adalligatus, infusa in faciem magna vi aqua penè suffocatus est. Tunc candente ferro virilia vſtulatus est; sed inuercundam barbarie manifestatus, aqua cruciamento rursus admotus est. Demum, prelatantis causa, quia fidem per terram venisset prædicatum, jumento edicto catenatus, os densato constrictus lupato, capitis partem dexteram in lauam minio probrose infectus, capite in scrobem genuū tenus deprehendibus suspensus in quartum usque diem post illa depositus, terra in nace obruncatus est, die 17. Octobr. ac rursum terra valide intremuit martyris scilicet testata sanctitatem, & barbarorum immanitatem detestata. Ita Deo, ad defensionem & offensionem servit hoc elementum. Quod etiam, quando D. Agatha olim fuit tormentis agitata, ita contremuit cohorrūtque, vt tota ciuitas Catennensium concuteretur, ac duo muri conciderent, qui Quintianus Prætoris amicissimos duos Siluinum & Falconium ruina oppresserunt; & populum omnem in crudelissimi judicis vindicta extauerunt. Ita terra Diuam tutata heroicis eius virtutibus applaudit; quibus etiam, post mortem obitam, ignis (elementorum potentissimum) est obsecutus. Nam velum, seu cortina de sepulchro eius accepta, flammarum ybique repulit, cum incendijs obtemperaret.

Contra